



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten

Calino, Cesare

Augspurg ; Graez, 1744

VD18 80280064

Dominica Sexagesimæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49389)

DOMINICA SEXAGESIMÆ.

1.

A sollicitudinibus & divitiis & voluptatibus vitæ euntes suffocantur. Luc. 8.

Large sparserat JESUS verbi sui semina : sed pars illorum cecidit in spinas, nempe animos divitiarum cupidos, & suffocata est. Consilii inter Judæos contra JESUM initi causa prima fuit invidia, altera verò avaritia. *Mense XI. Disc. 306. pag. 1. à num. 1. usque ad 4. deinde num. 11. & 12.*

2.

Orum fecit fructum centuplum. Luc. 8.

Sicut verbum Christi, ita & Passio Christi non in omnibus æqualem fructum fecit. Obtinet fructum Redemptor in omnibus electis suis, certissimum verò & amplissimum in æterno Patre suo, pro cujus gloria restauranda pati voluit tam acerba. *Mense XI. Disc. 307. pag. 30. à num. 10. ad finem.*

3.

Semen est verbum Dei. Luc. 8.

Fideliter ultimo sermone Christus discipulos monuit & roboravit: verùm istud divini verbi semen non æqualem in omnibus fructum retulit: secus viam cecidit in Petro, quia (ut illi Christus prædixerat: *Simon, Simon, ecce Satanas expetit vos, ut cribraret sicut triticum, Luc. 22. v. 31.*) venit diabolus, & tulit verbum de corde ipsius, dum promissorum & auditorum immemor negavit

e s

vit

xit Dominum, periturus, nisi Christus pro eo rogasset, ut non deficeret fides ejus. Luc. 22. v. 32. Supra petram cecidit in Apostolis Christo capto fugientibus: *Qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.* In spinas cecidit in Juda, qui divitiis excæcatus suffocavit in se verbum Dei. In terram bonam in Joanne, qui usque ad crucem Christo constanter adhæsit. Ultima post cænam usque ad hortum verba Christi ad Apostolos explicantur. *Mense XI. Disc. 314. pag. 156.*

4.

Deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salvi fiant. Luc. 8.

Uxor Pilati fideliter de somniis suis moneri fecerat maritum, & ipse partim suapte naturâ, partim Judæorum improba petitione suspiciosus jam inclinabat ad liberandum Christum; verum humano superatus respectu innocentem Dominum tradidit voluntati inimicorum, & se ipsum in interitum dedit, publica manuum lotionem & innocentiam Christi professione neutiquam excusandus. *Mense XI. Disc. 333. pag. 501.*

5.

In tempore tentationis recedunt. Luc. 8.

Non solus diabolus tentationes intentat, sed etiam homines, & pro pudor! etiam Christiani malo exemplo proximum tentant, & frequenter impellunt, ut anima fidelis recedat à Christo. Gravissimum verò damnum proximo

mo

mo inferunt, qui eum scandalizant. *Mense*
IV. Disc. 93. pag. 17. usque ad num. 7.

DOMINICA QUINQUAGESIMÆ

1.

Postquam flagellaverint, occident eum. Luc. 18.

Satis quidem luculentis verbis hodie Passio-
 nem suam prædixit Dominus: verum id multo
 sæpius insinuavit. Vult nimirum Passionis suæ
 memoriam perpetuò mentibus nostris impres-
 sam, atque id in animarum nostrarum utilitatem.
Mense XI. Disc. 108. pag. 35. usque ad num. 12.

2.

Postquam flagellaverint, occident eum. Luc. 18.

Christus disertis verbis prædixit Passionem
 suam, eamque jam exantlavit: verum ut hæc
 ubique prædibetur, pauci tamen sunt, qui eam
 utiliter meditentur. *Mense XI. Disc. 308. pag. 50. &*
num. 12. ad fin.

3.

Postquam flagellaverint, occident eum. Luc. 18.

Sicut nunc disertè Christus passionem suam
 discipulis prædixit, ita eandem à primo conce-
 ptionis momento semper meditatus est cum do-
 lore. Acerbissimus verò fuit ipsius dolor & pas-
 sio interior in horto Gethsemani. *Mense XI. Disc.*
316. pag. 191.

4.